

QUID EST?

**Lege aenigmata Symposii,
auctoris medievalis,
verba obscura
sed omnia naturalia!**



**Est domus in terris clara quae voce resultat;
ipsa domus resonat, tacitus sed non sonat hospes;
ambo tamen currunt hospes simul et domus una.**



**Est flumen, quod murmura effundit, sed hospites, pisces, sunt muti. At ambo
tamen currunt , pisces et flumen simul.**

Moechus eram regis, sed lignea membra sequebar;



et Cilicum mons sum, sed mons sum nomine solo;





et vehor in caelis



et in ipsis ambulo terris.



Nam Minotaurus, iuvenis et simul taurus, natus est ab unione Pasiphae –mulieris regis Minois- cum tauro donato a deo maris.


Taurus, praeterea, est nomen montis Cilicum, hoc modo nuncupatus in memoriam Iovis, qui –in specie tauri- hic secum duxit Europam, puellam ab eo amatam.

Est quoque astrum quod vehitur in caelis et animal terrestre, iratus saepe at non crudelis.



**Ipsa gravis non sum, sed aquae mihi pondus inhaeret;
viscera tota tument patulis diffusa cavernis;
intus lympa latet, sed non se sponte profundit.**





**Nunc exanimis
lacerata ligata
revulsa**

**dedita sum terrae,
tumulo sed
condita non sum.**

**Miseri socci sunt haec verba-
Lege in « Symposio » alia exempla !**

LUCIA MATTERA

(collaboraverunt : Iulia Incarnato, Iacopus Ceres)